

VERSIONES.

Syriacus. Insurgit gens contra gentem, & regnum contra regnum: erunt, & terramotus in singulis locis. D. Cyprian. de Exurgit gens super gentem. Arias. Excitabitur gens in gentem. Tertull. aduers. gent. Regna regnis ambulabunt. Arabicus. Et erunt timores, & fames, & perturbationes. Vatablus. Erunt terramotus certis locis. Syriac. n. 8. Hæc autem omnia principium sunt dolorum. D. Cyprian. Initia sunt parturitionum. D. Hieron.

ALTER TEXTVS.

Marc. 13. n. 8. Exurgit gens contra gentem, & regnum super regnum, & erunt terramotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc. Luc. 21. n. 10. Tunc dicebat illis: Surgit gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Num. 11. Et terramotus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terrorisque de caelo, & signa magna erunt.

EXPOSITIO IV.

28.

Ioseph. Hegesip.

29. Luc. 21.

Ioseph.

INSURGENT gens in gentem. Postquam Ierosolymitani suum Romanorum militum prælidium trucidarunt, ac interfecerunt. Vlico, vt referunt Iosephus lib. 2. Belli cap. 11. vsque ad finem, & Hegesippus lib. 2. cap. 11. 14. 16. & 17. Afcalonitæ Ptolomaidi, Damasceni, Alexandrini, Syri, vicinæque nationes, ac Romani contra Iudæos surrexerunt, eosque bello continuo aduerserunt, vsque ad miserimum Ierosolymæ exitum. Et erunt pestilentia, fames, & terramotus. De peste, ac terramotu nihil scribit Iosephus, forrè ad apparatus belli totus intentus, ex hoc tamen Christi vaticinio certum est illa extitisse; de vrgenti, & magna fame fit mentio in Actis Apostolorum 11. num. 28. & eam latè describit Iosephus lib. 20. Antiquit. cap. 2. & 3. Addit D. Lucas citatus: Terroresq; de caelo, & signa magna erunt. Quod hæc antecedent consummationem Orbis, patet ex Apocalypf. 8. & 9. & quod hæc etiam præcesserint excidium vrbis Ierosolymitanæ, certum est. Nam refert Iosephus lib. 7. de Bello cap. 12. Primum signum, ait, super ciuitatem sydus sterit simile gladio, & per au-

num perseverauit cometes. Secundum. In Paschate conueniente populo ad festiuitatem octaua die Aprilis, hora nona noctis tantum lumen effulfit per mediam horam, vt clarissimus dies putaretur. Tertium, in aère visi fuerunt equites armati, & currus per varia discurrerent, & pugnantium prælia visa & audita sunt die primo mensis Maij. Quartum signum. Festo die, quem Pentecosten vocant, Sacerdotes in templo motum, & strepitum quendam senserunt, & postea subitam vocem audire dicentem: Migremus hinc. Angeli erant, qui templum, & Ierusalem deferebant, iuxta illud supra explicatum. Ecce relinquatur domus vestra deserta. Alia signa adducit hic Iosephus, & referunt communiter in præsentî Recentiores.

Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Gracè vt vertunt D. Cyprianus, & D. Hieronymus in commentario parturitionum, hoc est magnorum dolorum, qui similitudinem referunt eorum, quos mulieres in partu patiuntur, in quo non pauca præ dolore animam exhalant; sic in Iudaico bello tot calamitates famis, pestilentia, ac belli oppresserunt Ierosolymitanos, opprimèntque fideles in consummatione sæculi, vt merito cum dolore, afflictione, ac morte parturientium valeant comparari.

QVÆSTIO V.

Quare tempore Antichristi assignatur quod surgit gens in gentem?

SCIVT enim princeps pacis Christus Dominus in urbem summa pace fluentem ingressus est: ita & Antichristus, totius discordia machinata in orbem contrariis bellis tumultuantem ingreditur. Vnde eleganter ait D. Gregorius Nazianzenus orat. 14. quæ est tertia de Pace loquens de Antichristo. Nec enim, ait, opinor sanos adoriatur, nec charitate septos, & nunquos: verum regnum in se ipsum prius diuidi oportet. Ac si dicat; stante mundi concordia, stabit mundus: dissoluta dissoluetur. Vbi enim discordia ingreditur, statim mors grassatur.

De Isracl vite frondosa ait Deus, diuisum est cor eorum, nunc interibunt, Osee 10. num. 2. Expende illud, nunc. Vbi enim diuisio introiuit, statim mors secuta est. D. Hieronymus ibi ex Hebræis: Hoc est regis, & populi, & nulla excusatione remanente, nunc interibunt, & tradentur æterna captiuitati: statim enim vt populus dissensit à rege, venit in te interitus. Cum enim sit dissensio, ac diuisio statim auolat interitus, & deuastatio, cum Iudæi à Romanis expugnarentur, vt tradit Iosephus, fuit Ierusalem in tres partes diuisa seditio, & tunc capta est ciuitas, cum diuisa.

Mandauit Deus vt iudices in vrbe aditu collocarentur. Iudices, & magistratos constituit in omnibus partibus eius, Deuteronom. 16. num. 18. De quibus etiam Amos agit cap. 5. num. 10. & iam ab Abrahami æuo hæc iudicibus sedes designata erat, Genes. 23. num. 10. Cur tamen lege lata constitutum est vt index ad vrbes aditum de iure ageret, ac lites solueret. Optimè agnouerat diuina sapientia vrbes pestem, ac excidium discordiam esse, vrbes ergo litigantibus, ac dissentientibus interdixit, quouique lite composu-

Signa excidij Ierosolymæ.

29. Cyprian. Hieron.

30.

Nazianz.

Vbi discordia, ibi interitus, & deuastatio.

31. Osee 10.

Hieron.

Diuisio interitum adducit.

32.

Deut. 16. Amos 5. Genes. 23.

Ciuitas interditæ sit discordia, & interitum.

amicè

Gregor.

amicè conuenirent, ne discordia veneno ciuitas periret, sed amicitia federe in multum cresceret; eleganter D. Gregorius lib. 19. moralium cap. 13. Mos veterum fuit, ait, vt seniores in porta consisterent, & causas introeuntium indicarent, quatenus tanto esset pacificus vrbis populus, quando ad hanc discordes ingredi non liceret. Quæ autem sequuntur: Tunc tradent vos in tribulationem, & occident, & eritis odio, &c. Expli-caui tom. 3. cap. 8. expof. 5. à quæst. 15.



CAP. XLIX.

Antichristus.

Matth. 24. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta statim in loco sancto, qui legit, intelligat. Num. 16. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.

VERSIONES.

Syriacus n. 15. Cum videritis portentum immundum vastationis, Vatablus. Per Danielem Prophetam. Syriac. n. 16. Fugiant in montem.

ALTER TEXTVS.

Marc. 13. Cum videritis abominationem desolationis, stantem, vbi non debet, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. Luc. 21. n. 21. Cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Num. 22. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.

EXPOSITIO I.

I. Connexio cū superioribus.



VIXTA communem Patrum, ac interpretum sententiam sermo est in præsentî de excidio Ierosolymæ; aliqui etiam mysticè de Antichristo interpretantur, de quibus latius quæst. 1. Prædixerat Dominus immediatè antea. Prædicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe. Et tunc subdit: Cum videritis abominationem desolationis. Cum enim Euangelium prædicatum esset per spatium quadraginta duorum

annorum in toto orbe, tunc aduenerunt Romani Ierosolymam expugnates. Vnde exclamat D. Chrysof. homil. 76. Orem nouam, & inauditam in natura! Iudæorum innumera millia Romani tunc vicerunt, atque seperunt, & à duodecim viris nudis, atque inermibus superati sunt. Magna efficacia, ac vis Euangelicæ veritatis. Romani capta, atque cremata vrbe Iudæos superarunt. At Apostoli duodecim viri pauperes, & inermes Romanos vicerunt, eisque nouas leges, ac præcepta viuendi tradiderunt.

Cum ergo videritis. Hæc fututa prædicat Dominus suis discipulis, quia vrbe Ierosolymæ, ac templi deuastationes, vt ait D. Chrysofostomus citatus: Nonnullis eorum adhuc viuentibus, contigerunt vel quia in suis Apostolis, ac discipulis, loquitur cum fidelibus illis, qui eo tempore victuri erant; documentum datur in capite vt in membra deriuetur. Et nota quod supra cum de præliis fuisset sermo, ait: Cum audieritis prælia, & seditiones. In hoc sermone Matth. 24. num. 6. Luc. 21. num. 9. At verò de prophanatione, ac contemptu templi, ait: Cum videritis abominationem. Cum tamen prælia ibi pronuntiata, & abominationes hic prædictæ ad idem excidium Ierosolymæ spectent: prælia ad damna temporalia, abominationes ad templi opprobria. Vir probus in ruina temporalium, à quibus animo separatus est, tam constans se habet, ac si longè esset ab eis vt illa videatur audire, & non videre. At factarum rerum contemptu, quæ maximè ei fixæ sunt in animo, sic dolet, sic affligitur, vt in his semper præfens, & nunquam absens esse videatur.

Abominationem desolationis. Id est abominabilem desolationem scdam, & execrabilem, huiusmodi res more Scripturæ vocantur abominationes. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus, Psalm. 5. num. 7. Per huiusmodi abominationem, multi intelligunt statuam Titi, vel Adriani Imperatoris positam in loco templi. Alij peccata Sacerdotum commissa in templo, alij ipsum Antichristum, qui se voluit in templo adorari, vt Deum; alij & communitè castra Romanorum interpretantur; qui captam ciuitatem abominandè vastauerunt, ac desolauerunt, templumque prophanauerunt per homicidia, aliæque multa scelera commissa tam ab ipsis Romanis, quam à seditionis, ac homicidis Iudæis, qui se legis, & libertatis zelotas nuncupabant, de quibus latius quæst. sequenti.

Quæ dicta est à Daniele propheta. Cap. 9. n. 27. Et erit in templo abominatio desolationis. De quo statim. Stantem in loco sancto. D. Marcus scribit, stantem vbi non debet. Nam abominatio, & desolatio maximè exulare debet à loco sancto. Et notandum est, quod non ait Christus Dominus in loco abominationum, quæ introductæ fuerant à gentibus, sed in loco sancto. Intelligens templum, & ciuitatem Ierosolymam. Nam quamuis lex Moyfis, templi Iudaicus cultus, & sacrificia iam essent abrogata. Locus tamen ille fuerat sanctus, & Deo dedicatus. Et ciuitas ipsa ab Euangelista vocata fuerat sancta. Super ciuitatem sanctam, Matth. 4. num. 5. Ac pròinde ob honorem antiquum illis venerationem desert. Quis legit, intelligat. Iansenius vult hæc verba non esse dicta à Christo, sed apposita ab Euangelista, tamen communis est sententia D. Chrysofostomi, Paschasij dicta fuisse à Christo commendans, vt locus Danielis

Chrysof. Magna potètia Euangelica veritas.

Chrysof.

Probi maxime dolent de re sacra prophanata.

Psalm.

Daniel. 9.

Locus veneratur ob sanctitatem, quam habuit.

Chrysof. Paschas.

niclis

nielis legatur, & intelligatur, quia ex illo manifeſte deprehenditur tempus aduentus Chriſti, moris eius, abrogationemque facificiorum legis, templi, vbiſque Ierofolymorum excidium.

5. Tunc. Quando videritis abominationem. Monet nos Chriſtus fugere à ventura ira, qui in Iudæa ſunt, in terra nempe Iſrael, ſi ad tempus Antichriſti referas. In Eccleſia. Sunt, id eſt erunt, ſic futura vt præſentia annuntiat Chriſtus: fugiant ad montes. Tunc quando videritis ipſam abominationem, ſeu exercitum Romanorum appropinquantem, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes conſtitutos extra Iudæam, vt excidium effugiant; nam Iudææ montes occuparunt milites Romani, vt teſtatur Iosephus lib. 3. de Bello cap. 22. & lib. 4. cap. 2. ſicque Chriſtiani admoniti hoc Chriſti oraculo fugerunt ad montes, ac in urbem Pellam cum ſua ſuppellectili, vbi à periculo, ac morte euaserunt, vt teſtantur Eusebius lib. 3. Hiſtoriarum cap. 15. D. Epiphanius hæreſi 29. & 30. Econtra verò diuina ira excitante, Iudæi, & Galilæi adueniente exercitu Romano, magno conatu confugerunt in Ierofolyman tanquam ad aſylum, exiſtimantes ſe à periculo ibi eſſe tutos. ibi tamen Deo diſponente, congregati ſunt, vt à Romanis interficerentur.

Iosephus.

Eusebius. Epiphanius.

QVÆSTIO I.

Quanam ſit hæc abominatio prædicta à Daniele, & hic pronuntiata?

6. **A**BOMINATIONEM hic denuntiatam pertinere ad excidium Ierofolymæ per Imperatores Romanos perpetratum tenent Origenes tractat. 29. in Matth. D. Auguſtinus epiſtol. 80. ad Helychium, D. Chryſoſtomus homil. 76. in Matth. D. Paſchalius lib. 12. & hic D. Hieronymus, Theophylactus, Euthymius, Albertus Magnus, D. Thomas, Abulentiſis, Maldonatus, Caietanus, Hugo, Carthuſianus, Salmeiron, Barradas, & alij, quod probatur primò, quia Chriſtus ait, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Secundò, quia D. Lucas hanc rem referens, pro abominatione poſuit exercitum. Cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, &c. Tertio conſtituitur ex citata Danielis prophetia. Cap. 9. vbi per Hebdomadas assignatur tempus aduentus Chriſti, & mortis eius, ac excidij Ierofolymæ. Et ciuitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, ibi num. 26. Duce venturo Tito, vel Ceſtio. Et poſtea ait Propheta num. 27. Et erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem, & ſinem perſeuerabit deſolatio: vbi de Ierusalem deſolatione loquitur Daniel, quæ vſque ad ſinem mundi perdurabit. Nunquam enim amplius Ierusalem cum ſtatu illo Iudaico, ac ſua republica, cuius caput erat Ierusalem amplius inſtaurabitur, vnde aperte conuincitur, quod de ipſa loquatur Dominus, cum Danielis prophetiam adducat.

August. Origenes. Chryſoſt. Paſchal. Theophyl. Euthym. Alb. Magn. D. Thom. Abulenſ. Maldon. Caietan. Hugo. Carthuf. Salmeiron. Barrad. Abominatio excidium Ierofolymæ.

Dag. a.

7. Hieron. Paſchal. Albert. D. Thom. Hugo.

Nam hic iterum deſtruxit Ierusalem, legem ſtatuens, ne nullus Iudæus ibi amplius habitaret, & ſtatuum ſuam ac idolum quoddam poſuit in loco templi. D. Chryſoſtomus homil. 76. Euthymius, Theophylactus dicunt abominationem eſſe ſtatuum Titi, vel Veſpaſiani. Tamen Pilatus ob inſtantiam populi: Confeſſim de Ierofolymis ſtatuas Caſaris iuſſu auferri. Vt teſtatur Iosephus lib. 2. de Bello cap. 8. ſtatua Adriani, vel Titi, ſeu Veſpaſiani fuerunt poſitæ templo diruto, & ſolo adæquato.

Iosephus.

8. Origen. Caietan. Salmeiron. Sà.

9. Abulenſ. Heſſel. Ianſen. Garrad. Franc. Luc. Corneli.

Origenes tractat. 29. in Matthæum, Caietanus, Salmeiron, Emmanuel Sà dicunt abominatione eſſe exercitum Romanorum, qui abominabilia idola colebat. At Chriſtus Dominus & Daniel loquuntur de abominatione in templo, exercitus autem Romanorum non fuit in templo, ſed extra urbem.

Abulentiſis quaest. 98. Heſelias, Ianſenius, Barradas, Franciſcus Lucas, Cornelius, docent abominationem deſolationis appellari in præſenti prophanationem templi factam, per quosdam homines, qui appellabantur Zelotæ, à zelo ſic dictæ, qui falſo ſimulantes zelum legis templi, ac ciuitatis Ierofolymæ, ac templi deſolationem artulere, vt teſtatur Iosephus lib. 6. de Bello cap. 1. & lib. 7. cap. 7. & lib. 4. cap. 5. Nam hic reſtiterunt, ne ſe populus Romanis traderet, Deo ſic permittente, vt eorum ciuitas, & templum deſtrueretur: Hi templum Dei caſtellum, & profugium ſibi fecerunt, lib. 4. cap. 5. Hi in templo innumera ſcelera, ac turpia crimina, & horrenda homicidia perpetrarunt, lib. 6. cap. 1. & lib. 5. cap. 1.

Ait ergo Chriſtus Dominus, cum audieritis abominationem deſolationis in loco ſancto, ſeu templo, factam in templo per zelotas homines ſeditioſiſſimos, ad quod audientes aduentum Romanorum ſe receperunt. Circumdabunt te inimici tui vallo, Luc. 19. num. 43. De quo Ioseph. lib. 7. de Bello cap. 7. & 13. & Chriſtiani, qui erant in ciuitate ante militum aduentum fugerunt ad montes, & ad Pellam urbem: vt dixi ex Eusebio, & Epiphano in expoſitione.

10. Philo.

Iosephus.

11. Irenæus. Ambroſ. Hilat. Hieron. De Antichriſto.

Hanc tandem abominationem deſolationis ſtatem in loco ſancto, ſiue templo Antichriſtum eſſe ſaltem myſticè interpretantur D. Irenæus lib. 5. cap. 5. D. Ambroſius lib. 20. in Luc. D. Hilarius, D. Hieronymus, Gloſſ. Interlinealis hoc loco. Et hic ſenſus eſt myſticus. Antichriſtus enim erit abominatio deſolationis, omni ſuo conatu intendens euertere populum Chriſtianum, templaque Dei prophanare. Ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus, ait Paulus 2. Theſſaloni cenſ. 2. nam...

QVÆSTIO II.

Quare cum narratur abominatio deſolationis Antichriſti, primò deſcribitur à loco ſancto?

**M**AGNITUDINEM, ac terribilitatem abominationis Antichriſti ex multis deſcribitur in præſenti

12.

Abominatio omnium peſſime ex loco ſancto prophanato.

præſenti. Qui in teſto eſt, non deſcendat tollere tunicam ſuam. Et iterum: Va pregnantibus, & nutrimentibus, &c. Tandem: erit tribulatio magna, &c. Tamen in capite omnium abominationum, ac perſecutionum ponit Dominus: abominationem deſolationis ſtatem in loco ſancto. Omnium peſſima, ac horrendiſſima abominatio ex loco ſancto prophanato oſtenditur.

13. Oſtendit Deus Prophetæ ſuo Ezechieli abominationes, quas filij Iſrael faciebant in templo: Ei introduxit me ad oſtium atrij: Ezechiel. 8. n. 7. & dixit ad me ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic: n. 9. & poſtea iterum Dixit ei Dominus: Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores, quas iſti faciunt: Et introduxit me per oſtium porta domus Domini. Ibidem n. 13. Iterum inſtat Dominus, aitque illi. Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores: & ecce in oſtium templi Domini inter veſtibulum, & altare quaſi viginti viri, &c. Ibidem n. 25. Valde inſudant expoſitores, vt explicent, quare malitia poſteriorum, malitiam priorum ſuperabat? Omnes enim abominationes in ſpecie idololatriæ continebantur, quare ergo poſteriores prioribus excedebant? Pro certo mihi eſt, quod malitiæ incrementum ex loci circumſtantia deſumebatur. Nam ſi Prophetam conſulis inuenies, quod primæ abominationes erant in atrio templi, ſecundæ in porta domus Domini, vltimæ verò inter veſtibulum, & altare, in ſanctuario nempe; ex maiori ergo ſanctitate loci maiorem deformitatem induebant illæ idololatræ adorationes. Vbi enim maior eſt ſanctitas loci, maior reuerentia illi debetur. Vnde qui ibi peccat, neceſſe eſt vt maiori peccati abominatione ſcedetur. Vnde Philo Hebræus lib. de Cherub. loquens de huiusmodi peccatis in templo, ait; Quandiu intra priuatos parietos, locaque prophana continentur, minus peccare mihi videntur: vbi verò turpitudine torrentis in morem popularis omnia, vel ſacraſſima templa irrumperit: quidquid in his ſanctum eſt, ſternit continuo, faciens profana ſacrificia, &c. Vide ſuprà c. 41. n. 39. 40. 41. 42. 43.

Ezech. 8.

Ex maiori ſanctitate loci maior peccati grauiſſima.

Philo.

14.

2. Theſſ. 2.

Dan. 11.

Ambroſ. Chryſoſt. Irenæus. Antichriſtus ſolus tanquam Deus vult haberi.

Ex quo conſidera, quam horrenda, ac execrabilis erit Antichriſti perſecutio, abominatio ſuper omnes abominationes; Ita enim templa Dei prophanabit, vt in ipſis tanquam ſupremum diuinum numen ſe conſtituet, ait Paul. 2. ad Theſſal. 2. num. 4. Extolletur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus: & Danielis 11. num. 36. Eleuabitur, & magnificabitur aduerſus omnem Deum, & aduerſus Deum Deorum loquetur magna, & Deum patrum, ſuorum non reputabit, nec quemquam Deorum curabit, quia aduerſus vniuerſa conſurget. Expende illud Apoſtoli: Eleuabitur ſupra omne, quod dicitur Deus: & illud Prophetæ, eleuabitur, & magnificabitur aduerſus omnem Deum. Ex quo docent D. Ambroſius, D. Chryſoſtomus, homil. 49. in Ioan. D. Irenæus lib. 3. cap. 6. quod Antichriſtus homines inducet, vt ſe tantum venerentur, & recognoſcant, vt Deum, & vt excellentiorem, ac potentiorem omni illo, qui hæctenus nominatus eſt Deus; vnde non ſolum adorationem veri Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed etiam omnia idola, ac eorum cultum intendet auferre de terra.

15. Suar.

Auferet Antichriſtus vniuerſa idola de terra, de quo Suarez 3. part. tom. 2. diſput. 44. ſect. 4. Sylueira in Euang. Tom. IV.

§. Oritur tamen. Non pro cultu, ſed pro ſuperbia, vt ſolus ipſe habeatur tanquam Deus, quod etiam iam excogitauit Barbarus ille Chaldaeus: Præcepit illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terra exterminaret, videlicet, vt ipſe ſolus diceretur Deus. Iudith 3. num. 13. Caius apud Aſſyrios modo claua arrepta ſe ſe vertebat in Herculem; modo ſumpto caduceo in Mercurium: modo thyſo in Bacchum: modo fulminibus in Iouem, cur hæc faciebat Caius? Pulchre Philo lib. de legati. Vniuerſos, ait, ſibi honores inuehat congeri, vt eos, quibus inuidebat, Deos vinceret. Pro arrogantia, ſuperbia, ac ambitione, omnes diuitios honores ſibi intentauit adſcribere, vt ipſe ſolus vt Deus haberetur. Vide ſuprà c. 16. n. 57. 58. 59. & c. 30. n. 11. 12. & 13. & c. 37. n. 67.

Iudith 3.

Philo. Antichriſtus Deo vult inſerre bellum, & omnia eſſe.

QVÆSTIO III.

Quam terribilis ſit abominatio Antichriſti ex quadruplici ratione oſtenditur.

**P**rimò. Abominatio deſolationis inductæ ab Antichriſto, erit crudelitate, ac immanitate tormentorum in Chriſti membra, ait Regius Vates, Pfalm. 79. num. 9. Vineam de Aegypto tranſtulisti: Et poſtea num. 13. ſubdit: Vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam. Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Per vineam intelligunt Patres Eccleſiam, quam Deus ex gentibus congregauit. Vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam. Multi enim tyrani, ac hæretici prætergredientes viam, ac curſum huius vitæ: vindemiant eam. Multas perſecutiones contra ipſam excitantes, fortiffimòſque eius milites interficientes. Tamen exterminauit eam aper de ſylua. Exterminauit, in Hebræo legitur in futuro. Et D. Hilarius. Deuſtabit eam. D. Auguſtinus, Conculcabit. Hic aper iuxta multos apud Lorinum denotat Antichriſtum. Et perpende. Quod de alijs tyrannis dicitur. Vindemiant eam. At de Antichriſto dicitur: Exterminauit eam: ſeu deuſtabit. Alij tyranni ſua aduerſitate aliquid vindemiarunt, ac decerpſerunt ex Eccleſia aliquos ſanctos Martyres interficientes. At tempore Antichriſti tanta erit abominatio deſolationum, vt quodammodo videatur eam exterminare; ſed propter electos breuiabuntur dies illi, nam Eccleſia vſque in finem ſeculi perdurabit.

16.

Pſalm. 79.

Hilart. Auguſt. Valde crudelis perſecutio Antichriſti contra Eccleſiam.

17. Rhodig.

Exterminauit eam aper de ſylua Rhodiginus de porco ſylueſtri interpretatur. Et cur Antichriſtus porcus ſylueſter dicitur, aliæ feræ ore demolitur vineas, aper ſylueſtris ore, dentibus, manibus, pedibus, ac ſagittis è ſuo corpore deuſtat, dilacerat, ac exterminat vineas, Antichriſtus enim omnibus ſuis actionibus erit intentus ad demolendam vineam Domini: Singularis ferus: S. Chaſin. explicat vnicus ferus. Nam Antichriſtus in inferendis abominationibus deſolationis inter omnes tyrannos ab orbe condito erit vnicus, & ſingularis. Iaochimus Abbas in cap. 9. Apocalypſ. num. 11. ad illa verba latine habens nomen exterminator. Sic ait ipſe: Vindemiant eam, qui tranſgrediuntur viam, Aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Quod tale eſt, ac ſi diccretur, multi quidem hæretici tranſeunt

S. Chaſin. Vnicus, & ſingularis illius perſecutio. Iaochim.